

zu 005

O. i. 840 (1-101).

POSITIONES
EX TIT. FF. ET
C. DE RESCINDENDA VEN-
DITONE, ET DE PERICVLO ET
COMMODO RES VENDITAE.

QVAS DIVINI NVMINIS AVSPICIO
SVB PATROCINIO CLARISSIMOR. ET CONSVL-
tissim. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
& D. Ioannis Hollandt Dictato. & Fisci, SS. LL. Licent.
in celeberrimo iuridicæ facultatis apud Vbios
Collegio, publicè discutiendas & exa-
minandas offert.

VVERNERVS FABRICIVS
GLADTBACH.

*Anno à redemptione humana CIO, IO. LXXXII.
X. Ianuarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Zz
EXCVDEBAT PETRVS RESCHIDT.

CONTINVATIO.

Hactenus de ligandis & componendis contractibus, sed cum nulla ligata durent, verum solubilia sint, (a) ideo post compositionem & constitutionem Emptionis & Venditionis recto, & continuo methodi tramite, nunc de eiusdem dissolutione & rescissione subiungit Imperator.

(a) tex. in §. deinceps. Auth. de Nupt. l. nihil. ff. de reg. rur.

THESIS I.

VARIIS modis Emptio & Venditio contracta resoluitur. Aut enim ratione forma, (a) materia, (b) persona, (c) substantia, (d) aut alicuius accidentis, (e) que si contractui obuia sint, eundem tanquam contra iura & bonam fidem initum rescindi, & annullari nemo inficias ibit.

(a) ut in rebus Ecclesiæ & simil. de quib. in c. i. de reb. Ecclesiæ non alie. in 6. & in auth. de Ecclef. rer. immob. alienat. tot. tit. de reb. cor. qui sub tute. sunt sine decr. non alien. (b) in §. nullius cum aliquot sequen. Inst. de rer. diui (c) l. i. in fi. C. de fal. mon. l. i. in prin. si minor ff. de verb. oblig. in l. i. §. furiosum, ff. de action. & oblig. in §. pupillus Inst. de Inutil. stipul. (d) l. i. in fin. & in l. in venditionibus in princ. ff. de contrah. empt. cum simil. in §. pretium. Inst. de Emptio, & Vendit. l. nec emptio, ff. de contrah. empt. l. naturalis in princ. ff. de præscrip. verb. d. §. pretium Inst. cod. de empt. & vend. (e) l. i. C. de rescind. vend. cum simil.

II.

In primis enim ratione forma irrita fit emptio & venditio puta, si lex vel statutum certam formam contrahentibus præscribat, ea enim (que esse rei dare dicitur) vitiata per consequens omnis proueniens vitiabitur actus.

(a) Auth. de Ecclesiast. rer. immob. alien. Similiter in tit. de non alien. & permut. reb. Ecclesiast. c. i. de reb. Ecclef. non alien. in 6. l. iubemus & Auth. hoc ius porrectum. C. de reb. Ecclef. non alien. Simile in l. magis puto, §. non possum, de reb. cor. qui sub tut. sunt sine decreto non alien. l. 2. C. de curat. furios. cum simil.

III.

Ratione persone que inhabilis ad contrahendum est rescinditur; puta, si minor ex contractu etiam auctore patore inito sit latus, (a) si filius cum patre (b) libertus cum patrono, officialis dum est in officio cum suo subdito, (c) medicus durante infirmitate cum infirmo (d) contrahant per beneficium restitutionis aduersus contractum restituuntur. (e)

(a) tot. tit. si aduers. vend. l. i. ff. de minor. cum alijs tit. seqq. (b) l. 2. ff. de contrah. empt. gl. in l. frater à fratre. §. i. vbi passim Dd. ff. de condict. (c) l. non licet. l. qui officij causam ff. de contrah. empt. l. i. C. de contra. Iud. l. vlt. C. de rescind. vend. Sed his per contrariam consuetudinem legibus est derogatum Ferrar. in sua praxi in for. lib. in act. 1. cali nu. 26. (d) l. medicus, ff. de varijs & extraord. cog. Ferrar. d. loco num. 27. (e) l. i. ff. de minor. & l. Scio, ff. de integ. restit.

Similis

IIII.

Simili ratione contractus inuitus altera partium volente prorsus concidet, si contrahentes errore ducti, vel in corpore substantia, (a) vel materia (b) dissentiant, contractus tanquam sine consensu (qui de substantia rei est, & abesse non potest) (c) celebratus, vitabitur.

(a) gloss. & Dd. in l. 1 ff. de pact. l. in venditionib. ff. de contrah. emp. (b) d. l. in venditionib. vbi Costal. l. in omnib. negotijs, de actio. & obligat. l. si ego, si cert. petat. (c) l. sicut. C. de actio. & oblig. contract. enim non fit in inuitum. l. Inuitum, ff. de contrah. emp. d. l. 2. C. cod. Dec. in l. vt liberis nu. 18. C. de collat. Felin. in c. ex literis num. 13. vers. sed adhuc de fide instrum.

V.

Aut quoque alicuius accidentis ratione. Cum enim nihil ita bonae fidei sit contrarium quam dolus, (a) nihil liberae voluntati adeo obuium quam metus, (b) his huic contractui causam dantibus eundem cassari & rescindi plusquam notissimum est. (c)

(a) l. 1. & l. si dolo C. de rescind. vend. c. 2. in glos. post princ. ext. de pos. requiritur tamen talis dolus qui prudentissimum quenuquam falleret, cum Iura vigilantibus subueniant. Innoc. in c. cum dilectus ex. quod met. cau. Schneid. in §. actionum Inst. de act. nu. 26. l. pupillus in fin. ff. de his quae in fraud. cred. (b) d. l. 1. C. cod. si sit talis metus qui in constantem caderet virum vt tradit. in l. Interpositas, C. de transact. & in l. si donationes, C. de dolo malo. (c) Iason & communiter Dd. in l. elegantē ff. de dolo. l. 1. C. de Iniust. rup. & irrito fac. test. l. 2. in fin. ff. pro socio.

VI.

Ad nihilum quoque reducitur contractus; aut partibus hinc inde ab eodem abire volentibus, (a) aut altera partium inuita. (b) Cum enim in primis nihil naturae rationibus adeo sit congruum, quam vnumquodque eodem modo dissolui quo colligatum est. (c) Sequitur emptionem & venditionem nudo consensu inuitam contraria quoque voluntatis adminiculo recte posse dissolui. (d)

(a) l. 1. C. quando lic. ab empt. disced. & per tot. (b) tot. tit. ff. & C. de rescind. vend. (c) l. Nihil tam naturale 36. l. fere 153. de reg. iur. §. fin. Inst. quib. mod. toll. oblig. §. recte Inst. Mandati (d) l. 1. & 2. C. quando lic. ab emp. disced. l. si quam rem 2. ff. de rescind. vend. l. ab emptione, de pactis, l. prout de solut. l. ex empto. §. is qui vinum ff. de act. emp.

VII.

Requiritur tamen consensus eorum qui & obligari possunt. (a) Quare Pupillus Emptionem & Venditionem Tutoris auctoritate suam solus retractare non potest. (b)

(a) §. pupillus Inst. de auct. tut. §. auctoritas Inst. cod. l. pupillus. & l. eius est nolle ff. de reg. iur. (b) l. si id quod pure §. si pupilli ff. de rescind. vend. l. quod si forte cum ff. de solut.

VIII.

Disceditur autem ab emptione nudo pacto & contrario dissensu re adhuc integra & minimè lesa. (a) Quae arrharum aut fideiussoris datione minimè laedetur, aut non integra efficietur. (b)

(a) l. si quam rem, in verbo. Potest enim ff. de rescind. vend. l. 1. & 2. C. cod. tit. l. 3. ff. cod. (b) l. quod saepe in princ. ff. de contrah. emp. l. si defunctus. vbi Costal. ff. de procurat. l. emptio. & vend. ff. de rescindenda venditione.

Res



IX.

Res verò tunc maximè ladi & non integra effici dicetur quando vel pars pretij, vel vniuersum, vel eo nomine satisfactū, fides habita, aut res verè vel fidè tradita fuerit. (a) His itaque interuenientibus nudo pacto vel consensu infectam emptionem fieri Iuris ratio non permittit, nisi actus priori similis intercesserit. (b)

(a) d. l. si quam rem, in verb. sed non poterimus, ff. h. t. l. quod meo & l. Interdum de acquir. poss. l. quædam ff. de rei vendic. vide Bald. in l. i. C. quand. lic. ab emp. disced. Fusè Decius in l. contract. de reg. iur. §. venditæ, in verb. sed si quis Inst. de rer. diuis. l. quod vendidi, vbi Costal. ff. de de contrah. empt. l. Procuratoris §. planè de tribut. act. (b) d. l. i. §. At enim. C. eod. l. iurisdictionum, §. adeo. l. ab emptione ff. de pact.

X.

Rei interitus quoque pro traditione habetur. (a) Quare nisi ante eiusdem corruptionè iusta interuenerit conuentio, actiones ex empto manebunt, suumq; in Iudicium deductæ debitum sortientur effectum. (b)

(a) l. cum emptor, §. Mortuo ff. h. t. l. necessario, §. ff. de peric. & commo. rei vend. l. cum speciem, l. si mortis 6. C. eod. l. arbitrio 18. & seq. de dolo, l. si vt certo commod. l. in rebus de verb. oblig. (b) d. l. cum emptor in fin. ff. eod.

XI.

Disceatur autem ab emptione, vel in totum, (a) vel pro parte, (b) vel vt prior renouetur. (c) Quo casu nisi posterior æquè valida sit prior rectè constituta manebit. (d)

(a) l. de contractu. C. de rescind. vend. l. i. C. quand. lic. ab emp. disced. (b) l. Iurisdictionum 7. §. adeo in verb. si igitur & totum, ff. de pact. (c) d. l. Iurisdictionum, & d. §. adeo in verb. Nam si potest tota res tolli, cur non & reformari, l. ff. vnus 27. §. pactus, ff. de pact. (d) l. si id quod pure 7. ff. h. t. Baro in manual. h. t. VVescemb. nu. 2.

XII.

Sic desiderium eius rationibus Iuris minimè congruit qui cessante iusta & probabili causa emptionem altero contrahentium inuito rescindere appetit. (a) Quare eam Iure perfectam, naq; Princeps suo rescripto, (b) neq; pars dupluin offerendo (c) infringere & irritam reddere potest.

(a) l. de contractu 8. C. h. t. l. sicut C. de actio. & oblig. (b) d. l. de contractu in fin. l. digna vox, C. de legib. l. si quando, C. de inofficio. testam. Bart. in l. i. ff. de acquir. rer. domin. l. as. in l. ex hoc Iure nu. 43. ff. de Inst. & Iure. Idem in §. omnium nu. 71. Inst. de actio. & in l. fi. nu. 3. vers. i. C. si cont. ius & vtil. publ. Aret. in l. 3. col. fin. ff. de testa. Anton. Burg. in rubr. de empt. nu. 13. Zas. in l. Princeps nu. 2. ff. de legib. l. ratas, C. h. t. (c) l. non est probabilis, §. quamuis, C. eod. glos. in l. ad rescindendam, C. eod.

XIII.

Pari ratione eorundem voluntatem tanquam legibus contrariam reiiciendam arbitror, qui se debitorum mole depressos, (a) vel sumptibus necessarijs vrgentibus (b) contractum venditionis inuisse, vel aduersarium conditionem contractui adiectam non adimpluisse conqueruntur. (c)

(a) l. si quis debitorum, C. h. tit. (b) l. non ideo. C. eod. & per tot. tit. C. si prop. publ. pensitat l. ea conditione, C. h. t. l. iniuile, & l. non ideo (ibi) illicitis, C. de rei vend. Nā in contractibus fere nunquam agimus ad distrahendum, sed ad eum implendum, l. venditi

ditio actio, C. de actio. emp. l. Iulianus, §. ex vendito ff. cod.

XIV.

Cum diligentia possessorum res meliorantur negligentia & incuria eorundem deteriorantur (a) minus probabilem existimo causam, si quis rem maioris emptam minoris vendit, vel iustum precium se non consequutum dicat. (b) Cum enim hac emptio bone fidei (c) dummodo calumnia vel fraudi proxima non sit, non aduersatur, de Iure (dum tamen in quantitate non in re defectus existat) (d) seruanda erit, contrario in rebus dotalibus in estimationem (qua plerumque venditionem inducere assolet) (e) datis, statuto (f)

(a) l. 3. §. diui ff. de iure fisci glos in d. l. ad rescindendam, C. h. t. (b) l. si voluntate, l. si quis quis, d. l. ad rescindendam, C. eod. l. bona fide ff. de contrah. empr. l. Item si pretio in fin. ff. locat. l. in causa §. idem Pomponius in fin. ff. de minor. (c) d. l. si voluntate in verb. neque bonam fidem, C. h. t. e. cum dilecti, & c. cum causa, de empr. & vend. (d) ita not. declarat glos. ord. in l. Iulianus in princ. in glos. mag. super verb. furem & Bald. qui illam sequitur & alleg. in l. 2. de rescind. vend. in 2. q. (e) secundum glos. notab. in l. si inter virum C. de iure dot. quam Dd. extollunt in varijs loc. & Cremens. sing. 18. Aret. in princ. Instit. quib. alie. non lic. Molinae conf. 75. lib. 5. (f) l. si res, §. 1. & l. iure iucursum vbi Bald. ff. de iure dot. Alber. in l. si circumscripta, C. solut. matr. Imol. in c. cum dilecti nu. 6. de emp. & ved. Ant. in c. cum causam nu. 48. cod. tit.

XV.

Verum cum omni in re excessus semper vitandus, immoderatam quoque lesionem in vitio Iuris compilatores recte existimauerunt. (a) Ideoque si venditor ultra dimidiam iusti precij se deceptum coqueratur, desiderium eius contractum rescindi petentis humanitatis equitatisque ratione iuuabitur. (b)

(a) l. si uxori ff. de aur. & arg. leg. (b) l. si quis cum aliter 36. vbi Dd. communiter. ff. de verb. oblig. l. 2. vbi Bald. Salic. & alij plur. C. h. t. Canonistae in c. cum dilecti, & in c. cum causa, de empr. & vend. Fab. in tract. de empr. quaest. 8. Anto. Gom. in lib. de contract. c. 2. Matth. de Afflict. in c. 1. de feud. Molinae de commerc. quaest. 14. nu. 17 vsque ad num. 184. Cuuar. lib. 2. resol. c. 3. & seq. Rebuff. in 2. tomo ad ll. Gallicas pag. 179. cu. seqq. & M. Mant. lib. 1. locor. c. 6. Alex. in conf. 107. col. fin. vol. 4. doctè & vtiliter Cuuar. à Leuia. lib. 2. reso. cap. 3. Azpilic. Nauar. in c. nouit. 6. notab. à nu. 46. vsque ad fin. de iud.

XVI.

Iustum autem precium non ex contrahentium opinione, aut singularium affectione, sed ex communi hominum estimatione, (a) ex tempore & loco contractus, (b) ex qualitate & quantitate rei aestimamus. Itaque si eius dimidium venditor non accepisse, neque per se neque per Procuratorem (c) rem siue mobilem, siue immobilem (d) distraxerit, per testes idoneos (e) docere possit recte ad rescindendum contractum contra emptorem actione ex contractu experietur. (f)

(a) glos. in d. l. 2. vers. sed qualiter suam Bart. in ead. l. col. 4. vers. 1. qualiter probabitur valor col. poen. circa princ. l. precia, vbi Bart. & l. si seruus ff. ad l. Aquil. (b) tex. in l. si voluntate in fin. C. h. t. Bart. in d. l. 2. in 3. col. vers. Vidimus perfecte. Bald. ibi col. poen. vers. ex his apparet. Salic. in 8. col. vers. quaero 19. & Paul. de Castro ibi col. 1. in vers. l. 2. in verb. dimidia. Imol. in c. cum dilecti in 2. notab. de empr. & vend. & in c. cum causam, eod. tit. (c) d. l. si voluntate, facit l. Creditor 60. §. Cuius. Mandat. Bart. in l. societatem, §. arbitrorum nu. 25. Pro foc. (d) glos. hic in l. 2. ad fin. (e) Regulariter fit per testes vt inquit Pinel. in tract.

tract. d. l. 2. par. 3. nu. 8. ex vtraque parte adductos, (f) l. ex empto, §. si quis virginem, & l. venditi, vbi Bart. ff. de act. empt. Dd. passim in d. l. 2. per longum.

XVII.

Verum enimvero cum aliqui inconsiderate in computatione dimidia inter venditorem & emptorem differentiam statuere vehementer elaborent. Nos tamen semota omni differentia communi interp. opinione innixi, emptori taliter ultra dimidiam laeso (puta, si rem valentem centum pro centum & sexaginta emerit) contra venditorem ad rescindendum contractum, vel excedens precium restituendum actionem non immerito elargimur. (a)

(a) Azo in sum. & gloss. in d. l. 2. & in d. c. cum causam de empt. & vend. Bart. Bald. & Salic. communiter in l. 1. C. de Cupress. luuatur etiam ex ijs quæ de correlatiuis tradit Iason in l. fir. C. de Indic. toll. & in proposito satis probatur in l. 7. §. fin. & l. 13. §. 1. ff. de iur. dotium. Et communiter resoluunt, Dd. idem esse in venditore & emptore cõputata in vtroque quantitate, in venditore infra, in emptore supra quam opin. tanquam communem tenet. Cagnol. in d. l. 2. nu. 55. Neopolit. conf. 73. lib. 2. D. Soto de iustit. & iure lib. 6. q. 3. Rebuff. 2. tomo ad ll. Gallicas tit. de rescind. contract. gloss. 15. nu. 1. Molinæ in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 22. nu. 46. char. 210. col. 4.

XVIII.

Iure tamen huius L. 2. beneficium Emptori scienti rei sua valorem (a) aut lesioni specialiter renuncianti (b) denegabitur. Ita quoque si ex Instrumento in medium adducto, id quod pluris quantumcunque valet donatum esse ex certa scientia, & absque errore comprobatur. (c)

(a) Scienti enim non fit iniuria, l. scienti ff. de reg. iur. in 6. l. si dolo, C. h. t. Bart. hic nu. 14. & 16. Bald. nu. 7. quæst. 4. Salic. nu. 11. quæst. 7. l. maioribus, C. commun. vtrius. iud. Indubitatum tradit Roman. in l. si quis cum aliter nu. 15. & ibi Aret. col. pen. num. 8. ad fin. Boër. decif. 142. nu. 8. consul. Roman. conf. 457. nu. 4. Tyraq. de retractu, §. 1. gloss. 18. num. 14. (b) l. quæritur §. si venditor ff. de de Aedil. edic. Loffred. in conf. 25. col. 3. Mant. conf. 82. col. 2. (c) Bart. in d. l. 2. col. 4. vers. quæro quid si dictum sit, & in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. Socin. in conf. 48. col. 2. vol. 4. Bart. in l. fin. §. idem quæsiit ff. de condict. indeb. Bald. in rub. de contrah. empt.

XIX.

Diuersum tamen in rustico re opere & conuersatione in minore, & muliere statuimus, qui nisi de beneficio huius legis certiorati sint vel fuerint, magis ex facilitate quam liberalitate renunciaffe censebuntur. (a)

(a) Barbat. in conf. 55. col. fin. vol. 2. & in conf. 25. col. 6. vol. 1. arg. l. athleta, §. de Rusticis ff. de excusat. tut. & in l. fin. C. de testa. Fabia. de Monte in tractat. de emp. & vend. q. 8. nu. 15. Imol. in c. cum contingat de iureiur. & in c. pen. de emp. & vend. col. 7. Nisi possit probari de eorum scientia. Imol. cit. loco. Sal. in d. l. 2. quæst. 7.

XX.

Neque etiam illi huius L. 2. beneficium suffragabitur qui in contractu ex certa scientia iuramento corroborato, (a) quivè in transactione se ultra dimidiam laesum exponit, (b) cum enim illud quatenus anime periculum in eo versetur seruandum sit; hac vero semel sopita nunquam vel rarissime resuscitanda veniat.

(a) Bald.

(a) Bald. in l. quia sub conditione §. 1. ff. de condit. instir. Bertrand. in conf. 143. col. 1. & seq. vol. 1. in conf. 209. cod. vol. Aymol. conf. 188. col. 2. Nisi dolo aut falsis persuasionibus ad iurandum fuerit inductus, tunc non obstante scientia retractabitur, Bald. in d. l. 2. q. 9. glos. ibid. & in d. e. cum causa in glos. in verb. restituerent in fin. Bart. in d. l. 2. col. 2. vers. quæro quid si minor. Salic. col. 4. vers. quæro decimo Cornes. in conf. 189. col. 4. vol. 1. ubi dicit istam communem Limitat tamen illud nō procedere in conf. 256. col. antep. & seq. vol. 3. stante enormis quæa læsione. Idem tenet Franc. Curt. in conf. 53. col. pen. & seq. Et isto casu putat restitutionem aduersus iuramentum dari. Imol. in d. e. cum causa col. 9. (b) glos. in e. cum causa, & ibi hoc tenent. Imol. Innoc. & Ioan. And. & Pet. de Anchar. Spe cul. in tit. de emptioe & vend. §. nunc videndum vers. restat, Guiliel. de fug. in l. ex causa, C. de vsucap. pro emp. Bald. in l. ordo, C. de execut. rei iud. & in l. 3. §. 1. ff. de transact. & ibi glos. in verb. debere.

XXI.

Verum non infrequens sese nobis in praxi offert questio, vtrum venditio decreto Iudicis (vbi hodie plerumque fieri assolet) confirmata ob deceptionem ultra dimidiam iusti precij rescindatur. Et quantum nonnulli sint qui affirmatiuā pro aris & focis defendere vehementer nitantur. (a) Nos tamen communiore inherendo, negatiuam pro virili tanquam iuri & rationibus magis congruam tuebimur. (b)

(a) Imol. & Roman. in l. si quis aliter, ff. de verb. oblig. per text. in l. 2. C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. per rex in l. 2. C. si prop. pupl. pens. (b) l. 1. vbi Bart. C. de præd. Decur. lib. 10. cuius opin. sequitur Angel. conf. 142. inc. Super primo in fin. & in d. l. preta verum.

XXII.

Sed quid si emptor in cuius electione est vel precium supplere vel rem restituere (a) rē restituere malit, vtrum fructus interea perceptos restituere debeat, sanè cum Dominus rei, (b) neque male fidei possessor, neque illum moram commisisse dici possit à fructibus restituendis excusabitur.

(a) d. l. 2. vbi communiter Dd. C. de rescind. vend. (b) l. si dolo 10. C. cod. tit. l. sciens. l. cum manufacta, §. fin. de contrah. empt. Et hanc in praxi seruandam tradit. Pinel. 3. par. huius tract. l. 2. c. fin. in princ.

XXIII.

Datur autem beneficium huius legis 2. contra primum emptorem siue rem adhuc possideat siue alienauerit, (a) vel si is soluendo non sit contra secundum in subsidium ex aequitate utiliter simili iniusto & modico precio detinentem, (b) quo cessante melior erit in pari casu conditio possidentis. (c)

(a) l. si seruum 91. §. idemque fiat. de verb. oblig. Pinel. in repet. d. l. 2. part. 2. c. 1. num. 31. (b) arg. d. l. planè. §. qui rogatus, l. si res 12. §. si mulier de iure dot. (c) l. in pari, vbi Dec. ff. de regul. iur.

XXIV.

Quare his non obstantibus contra emptorem rectè experietur vt rem omnibus oneribus liberam, si fortè alteri ab emptore medio tempore obligata esset restituat, vel eo volente pretium quod deest suppleat. (d)

(a) l. si voluntate §. 1. ff. Quib. mod. pig. vel hypoth. contrah. Bald. in l. 2. nu. 17. quæst. 13. Sal. quæst. 15. Cremer. d. l. 2. nu. 189. Tyraquel. de retract. conuent. glos. vnic. §. 3. nu. 11. (b) d. l. 2.

(b) d l. 2. vbi passim Dd. C. de rescind. vend.

XXV.

Longa quoque consuetudine receptum est contractu proximitatis, vel vicinitatis, (a) item retractu conuenionali, (b) dummodo longissima praescriptio non obstet, (c) pacto commissoria (d) altero etiam contrahentium inuito contractum rescindi posse.

(a) Gail. lib. 2. obser. obs. 19. in princ. l. fundo ff. de rei vend. Dd. in l. dudum C. de contrah. empt. Lugubre enim foret per tex. l. quæ tutores §. ergo C. de administ. tutor. videre paternas & auitas domos. ac antiqua maiorum prædia ad exteras manus transire & peruenire. Canonist. in c. Constitutus de rest. in integ. (b) l. 2. vbi cõmuniter Dd. C. de pact. int emp. & vend. (c) Ang. Perus. in cons. suo 55. Inc. Guilielmus & Franciscus l. notissimi. §. eodem iure vbi bona glos. in verb. opponere in 2. respons. Bulgar. C. de præscrip. 30. vel 40. an. (d) l. 4. ff. de l. commissor. Paul. lib. 2. tit. 13. vbi Cuiac. l. si hominem 19. de vsucap.

XXVI.

Sed hucusque de contrahenda & rescindenda venditione egimus, verum cum ante traditionem rerum quandoque casus & pericula incidant quibus rei substantia vitatur nunc quem ea concernant recte disputatio exoritur. (a) Emptione enim & venditione parè & in specie contracta omne rei vendita periculum sine mora aut culpa venditoris contingens ad emptorem pertinet, (b) si verò conditio contractum suspendat amissa rei periculum emptorem (nisi casus fortuitos in se susceperit) (c) non astringet. (d)

(a) l. necessario 8. h. t. l. cum conuenerit 2. C. cod. (b) d. l. 8 §. cum autem Inst. de empt. C. si ex legati causa 23. vbi Dd. de verb. oblig. V Veseemb. hic num. 1. Barr. & Dd. in l. quod te, si cert. pet. (c) l. si in venditione 10. h. t. l. fistulas 78. §. frumenta, l. ex conducto 15. §. si vis locati. Pinel. par. 1. tract. de rescind. vend. c. 2. nu. 29.

XXVII.

Vini in specie siue auersione venditi periculum ante degustationem nisi aliter conuenit, emptorem concernit, (a) si verò ad mensuram, vel degustationem antequam admittatur vel degustetur omne periculum ad venditorem spectabit, (b) nisi emptor fuerit in mora recipiendi, (c) Mora tamen posterior priorem absorbet. (d)

(a) l. si quis vina, §. si auersione h. t. l. quod sape 34. §. in his quæ pondere, de contrah. emp. (b) d. l. quod sape §. sed et si ex doleario de contrah. emp. l. 2. C. h. t. (c) l. si per emptorem §. h. t. (d) l. illud 25. cod. tit. l. si & per emptorem 51. de act. emp.

XXVIII.

Verum enimverò cum iure natura haud insalubriter prouisum sit, eum manere commodum, quem & incommodum. (a) Ideo quicquid rei vendita vel per alluionem, vel quouis alio modo accreuit, (b) fructus maturi, & immaturi, (c) actiones damni infecti, & similes, (d) item pensiones & similia emptoris commodo cedunt. (e)

(a) l. post C. h. t. 9. Cuni autem, Inst. de empt. & vend. l. secundum 10. ff. de reg. iur. l. qui sentit de reg. iur. in 6. (b) d. §. cum autem, (c) l. Iulianus §. si fru & ibus, l. si sterilis §. cum per venditorem, l. si ea res, ff. de actio. empt. (d) glos. in l. 1. C. h. t. Costal. in d. l. Iulianus, & in d. §. si fructibus. Schneid. in §. actionum, in explic. actionis ex empto nu. 29. & seq.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus S. Teutonicarum





POSITIONES
 X TIT. FF. ET
 DE RESCINDENDA VEN-
 ITIONE, ET DE PERICVLO ET
 COMMODO RES VENDITAE.

AS DIVINI NUMINIS AVSPICIO
 PATROCINIO CLARISSIMOR. ET CONSVL-
 n. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri,
 Ioannis Hollandt Dictato. & Fisci, SS. LL. Licent.
 n celeberrimo iuridicæ facultatis apud Vbios
 Collegio, publicè discutiendas & exa-
 minandas offert.

VERNERVS FABRICIVS
 GLADTBACH.

anno à redemptione humana CIJ, IC. LXXXVII.
X. Ianuarij.



COLONIAE AGRIPPINAE Zz
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



46

